Ose. 4 Ose 4 Quia tu scientiam repulisti, repel
lam te, ne sacerdotio fungaris michi
Et erit sicut populus, sic sacerdos.
Mala 2 Mala. 2 Vos recessistis de via, et scan
dalizastis plurimos in lege. Ideo ego
dedi vos contemptibiles omnibus populis
quere etiam folio 176 per totum,
Quinto illorum vitam et mores paulus
ad Thimotheum et Titum graphice descri
bit

## Incipit Sermo de vita monastica

Si vis perfectus esse, vade et vende
omnia que habes, et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo, et veni se
Mat. 19 quere me Mat 19 Qui vitam communem
agunt, illis ad salutem sufficit observatio
mandatorum dei Sicut deus in hoc capitulo
adolescenti respondit Si vis ad vitam in-
gredi, serva mandata. Qui vero perfectio
nis statum voluerit apprehendere, oportet ut

nihil

nihil penitus sibi vero habeat temporalium,
sed devenientibus ordinibus mundum Christum sequitur
de quibus et in hoc capitulo dominus ait de eu
nuchis Sunt inquit eunuchi qui se
castraverunt propter regnum celorum Tales
erant apostoli petro dicente Ecce nos reli
quimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo
erit nobis? Jesus autem dixit illis Amen
amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me
in regeneratione, cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue, sedebitis et vos super
sedes duodecim, iudicantes duodecim
tribus Israel Et omnis qui reliquerit domum,
vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem
aut uxorem, aut filios, aut agros, propter
nomen meum, centuplum accipiet, et vitam eternam
possidebit 1 Cor 7 Tempus contractum 1 Cor 7
est, qui habent uxores sint tamquam non ha
bentes Et qui gaudent, tamquam non gauden
tes Et qui utuntur hoc mundo, tamquam non
utantur, preterit enim figura huius mundi
Volo autem vos sine sollicitudine esse
Monasteria autem vite quedam umbra fuit

etiam in veteri testamento. Nam tempore
Samuelis talem vitam amore dei susci
piebant prophete vocabantur, ut patet
j Reg. 10 j Reg 10. Cum inquit Samuel ad Sa
ul (postquam venisset illuc in regem) in
gressus fueris urbem, obviam habebis
gregem prophetarum descendentium de
excelso et ante eos psalterium et tympa
num et cytharam, ipsosque prophetantes,
et insiliet in te spiritus domini et prophetabis
bis et mutaberis in alium virum. Etiam
isti quandam mutationem vestimentorum
j Reg 19 habebant ut liquet j Reg 19. Nam cum
venisset Saul in Ramatha ad Samu
el et vidisset eum cum suis discipulis et
David prophetantes irruit etiam spiritus
domini in ipsum et spoliavit se vestimen
tis suis et prophetavit cum ceteris et
cecidit nudus tota die illa et nocte
Hec ergo christianorum monastica
vita etiam ab antiquissimis doctoribus
commendatur ut ab Hieronimo, Ambro
sio Augustino Basilio, Chrisostomo
qui multa in laude eius scripsere

Hanc

Hanc vitam et precursor seruauit. A-
postoli amplexi sunt, qui habebant
omnia communia, nec quisquam aliquid suum es-
se dicebat. Tunc fuit status reminenz
compellens sed Christi et Apostolorum consilio
invitans. Consilium enim Christi est: Si
vis perfectus esse, vade et vende omnia
que habes, et da pauperibus, et habebis the-
saurum in celo, et veni sequere me. Hunc
statum Ananias et Saphira indigne sus- Act. 5
cipientes interfecti sunt Act. 5.
Postea secuti Anthonius. Paulus. Ma-
charius. Hylarion et plures alii relicto
mundo, deserta loca inhabitarunt, car-
nem suam crucifigentes cum vitiis et concu-
piscentiis, de quibus apostoli verba Heb. 11 Heb 11
accipi possunt. Sancti per fidem vicerunt
regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt
repromissiones. Circuierunt in melotis
et pellibus caprinis in solitudinibus er-
rantes in montibus et speluncis, quibus
dignus non erat mundus. Tandem crescen-

quo modo isti quibus iste ordo placebat
ne in seculo reverterentur, tria huius-
sere vota quibus se deo in perpetuum sic
commissuros devoverunt Et hec contra
vitia tria que a Johanne describuntur Joh's
i Joh 2 Nolite diligere mundum neque ea que
in mundo sunt Si quis diligit mun-
dum, non est charitas patris in eo Quoniam
omne quod in mundo sunt Aut est concupis-
centia carnis, Cui voto castitatis oppo-
nitur Aut concupiscentia oculorum que
est avaritia, Cui votum paupertatis
opponitur Aut superbia vite, Cui obedien-
tia opponitur Hec tria Christus in seipso
et in matre, ac in pluribus discipulis
utriusque sexus servavit Sed non omnibus
datum est, sed qui potest capere capiat
Sap. 8 Sap 8. Scio quod non aliter possum esse con-
tinens nisi deus dederit, Sine quo
2 cor. 3 nihil facere possumus 2 Cor 3 Non
enim sumus sufficientes cogitare aliquid
a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia
nostra ex deo est **Primum** autem votum

est

est obediencia ¶ duplex est dei et ho
minum Ante omnia deo obediendum est
Sicut fecit Abraham exeundo de ter
ra egypti, et filium offerendo. 1 Reg 15 1 Reg 15
Nunquid vult dominus holocausta et vic
timas et non magis ut obediatur voci
domini Melior est enim obediencia quam vic
time Sic obedivit Noe intrando
Archam Sic loth exeundo de Sodoma
Secundum est hominibus similiter Deu 17 Deu 17
facies quecunque dixerint qui presunt loco,
quem elegerit dominus et docuerint te iuxta
legem, sequerisque sententiam eorum, nec declina
bis ad dexteram neque ad sinistram Heb 13 Heb. 13
Obedite prepositis vestris et subiacete eis Ipsi
enim pervigilant quasi racionem pro animabus
vestris reddituri 1 Pet 2 Subiecti estote 1 Pet 2
omni humane creature propter deum
**Secundum** votum est paupertatis volun
tarie Tob 4 Noli timere fili mi, pau Tob 4
perem quidem vitam gerimus, sed habebimus
multa bona, si timuerimus deum et rece
ssimus ab omni peccato et fecerimus bene

Mat. 5 Mat 5 Beati pauperes spu quoniam ipsorum
est regnum celorum | Thim 6 Nihil intu-
1 Thi. 6 limus in hunc mundum, haud dubium
quia nec auferre quid possumus Haben-
tes autem alimenta et quibus tegamur
his contenti simus Tercium est castita-
Ephe. 5 tas Ephe 5 fornicatio et omnis immun-
dicia, aut avaritia nec nominetur in vobis
sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut
stultiloquium aut scurrilitas, que ad rem non
pertinet: sed magis gratiarum actio Hoc
enim scitote, quod omnis fornicator, aut immun-
dus, aut avarus, quod est idolorum servitus
non habet hereditatem in regno Christi et dei
1. Tessa. 4 1 Tessa 4 Hec est voluntas dei sanctifica-
tio vestra, ut abstineatis vos a fornicati-
one, ut sciat unusquisque vestrum vas suum
possidere, in sanctificatione, et honore, non
in passione desiderii, sicut et gentes que
1 Cor. 3 ignorant deum. 1 Cor 3 Templum dei
sanctum est, quod estis vos. Si quis autem templum
dei violaverit, disperdet illum deus